


36

01

A

6631



DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA
DE
ISCHURIA CYSTICA. 22

QUAM
RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DUCE AC DOMINO
DOMINO
CAROLO
DUCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE REGNANTE
REL. REL.

PRAESIDE
GUIL.GODOFREDOPLOUCQUET
PHILOS. ET MED. D. HUIUSQUE P. P. O.

PRO LICENTIA

PUBLICE DEFENDET

DIE S E P T. M D C C X C.

JOANNESCHRISTOPHORUSBAUSCH.

SIN DELFINGENSIS.

TUBINGÆ.

TYPOGRAPHIA REISSIANA.

DISSEMINATIO MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

8

DISSEMINATIO MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

RECOLLEGATIUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

SCHEMATICUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

DE MACHINA

CAROIO

DISSEMINATIO MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

RECOLLEGATIUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

SCHEMATICUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

DE MACHINA

DISSEMINATIO MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

RECOLLEGATIUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

SCHEMATICUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

DE MACHINA

RECOLLEGATIUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

SCHEMATICUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

DE MACHINA

RECOLLEGATIUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

SCHEMATICUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

DE MACHINA

RECOLLEGATIUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

SCHEMATICUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

DE MACHINA

RECOLLEGATIUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

SCHEMATICUS MACHINARIAE MILITARIS CHINICAE

DE MACHINA



PROOEMIUM.

Quemadmodum in Diagnosi morborum & huic superstruenda Therapia omnis cardo in eo vertitur, ut morbus, quocum res nobis est, pro eo præcise habeatur, qui reapse est, vel, quod idem est, ut species morbi dignoscatur, ita veritatis hujus momentum tum præcipue oculos ferit, cum sermo est de morbo aliquo, cuius diversæ sedes, anatomice facile distinguenda, & diversissimus modus, quo haæ sedes afficiuntur, in aprico sunt. Hujus census est Ischuria, cuius quidem species non omnes ac singulas, sed unum modo manipulum earundem recensere animus est: Vides, quam inane foret, generice tantum eum considerare, farraginem diversarum caustarum, indolem morbi mutantium enumerare, & diversas methodos medendi confuso agmine subjungere: Præstat itaque, hunc, perinde ac reliquos morbos omnes ita in suas species dispescere, ut quivis facile etiam *indolem singularum* perspicere queat.

A 2

§ II.

§ I.

Ischuriæ nomen, quod ab ἵχω, cohibeo, & ἔρω, urina derivatur, rem ipsam exprimit, etsi forte cum verbo Urischesis haud inepte id commutaveris:

Obtinet ea, quando quis urinam ad nutum voluntatis reddere nequit, sive in totum sive in tantum, ut completas aequae ac imperfectas Ischurias observemus, prout causæ magis minusve graviter, vel continue agunt.

§ II.

Secundum diversas ejus sedes quinque sunt specierum manipuli: Dantur nempe:

- 1) Angiicæ & Nephricæ; quæ nimirum in vasis sic dictis emulgentibus, seu renalibus, sive arteriosis sive venosis, nec non in ipsis renibus radicatae sunt.
- 2) Uretericæ, in ureteribus caussas suas habentes.
- 3) Cysticæ, seu vesicales, de quibus anterior nobis sermo erit.
- 4) Urethricæ, seu in urethra sedem habentes.
- 5) Acrobysticæ denique, sive præputiales.

§ III.

Cum instituti nostri ratio non permittat, ut de omnibus ac singulis illis, sub allegatis manipulis comprehensis speciebus fuis tractemus, subsistemus in expositione Ischuriæ cysticæ, vel potius Ischuriarum cysticarum. Signa ejus, effectus, periculumque ut nota supponere hic loci licet,

§. IV.

Prima species est

- 1) Urocleptica, cum urina per alias, quam naturales vias, elabitur. Et quidem
- a) Ca-

a) Cacoplastica; cum per pravam, monstrosam conformatiōnem ex aliis aperturis urina prodiat. Legimus ejusmodi exempla in Histor. Morbor. Uratislavienſium *) apud Ruyſchium, **) Huxhamum. ***)

Therapiam hic nullam applicari posse, niſi levioribus in casibus, per ſe patet.

b) Dialyтика, quae ex ſolutione continui veficæ exoritur, ſive ea ex violentia mechanica, vulnere, ruptura, ſive ex ulcere, exciſione contigerit. Urina nempe, eti tum in cava alia, maxime abdominalē, præter naturam effundatur, tamen per naturales vias non prodiat, adeoque hoc nomine iſchuria aderit. Proſtant ejusmodi exempla in multis monumentis medicis, ut in Breslauer Sammlungen †) ex ruptura, apud Acrel, ‡) ex erupta per applicationem firſtula clyſmaticæ vefica, in Ephem. Nat. Cur. ††) ex lapsu, apud Tulpium †††) ab exēfa vefica: Et paucis abhinc annis in pago vicino ſimile quid accidit, cum duo rufſici, ſat poti, per jocum ſe amplecterentur, & luſtando, ambo humi procumberent, alterque alterius, cuius vefica probe diſtenta erat, abdomen ita percuteret, ut haec rumperetur, & homo ſub perfecta iſchuria obiret.

A 3

Anam-

*) p. 384.

**) Obſerv. Med. n. 23.

***) Philofoph. Transact. v. Leske Auerl. Abh. aus den P. T. II B. p. 175. †) 1719. Novemb. p. 618.

††) Chirurg. Vorſtelle III. Abth. nro. 26.

†††) Cent. VII & VIII. obſ. 30. Zwingeri, & Cent. IX. obſ. 47. Berneri.

††††) Obſerv. med. L. III. cap. 2.

Anamnesis ante actorum hanc speciem manifestabit, cui ceterum nulla fere Therapia opponi potest, cum vix ac ne vix quidem sperari queat, et si lotium in aliam viam artificialem dirigi posset, vesicam ruptam vel exesam consolidatum iri, quamvis vulnera ejus sanata saepius fuerint. *) Attamen helcoticis omnino Medicina facienda, dum una ex parte per candelas & catheteres urethra diligenter aperitur, & urina in hancce viam derivatur, & ex altera fistulae & ulcerâ consolidantur.

Quod ad catheteres spectat, per masculinas urethras adigen-
dos, diu desiderabantur ex omni parte perfecti, tales nempe, qui
cum flexilitate, firmitatem & incorruptibilitatem jungerent; Equi-
dem eos, quos Cel. Pickel, Heribpoli consicit, **) omnium optimos
puto, attamen majorem adhuc perfectionem acquisituros esse, exi-
stimo, si vulgatis argenteis flexilibus catheteribus ejusmodi tela
sericea, vernice instructa, superinduceretur, salte mihi compressioni
à collo vesicae timenda*) resistentiam sufficientem opponent.

§. V.

2) Emphractica, cum vesica, maxime autem ejus collum
ex materia aliqua, urinæ exitum impidente, obstruitur. Huc
pertinent:

a)

*) Baker in Abhandl. aus Holländ. Schriften II. B. p. 189. Büking in Baldinger N. Mag. IV. B. p. 225. Kentmann de calculis. Ruyisch. Obser. n. 75. Tulpianus Obs. m. L. IV. cap. 30. Richter chir. Bibl. II. B. 4 St. p. 48. Bauhinus in append. ad Rouffeti Hysterotom. p. 192.

**) Richter chir. Bibl. VI. B. p. 512.

***) Richter. ib. p. 514.

a) Lithastica. Hujus exempla vulgatissima allegare nolumus.
Situs aegri supinus, elevatis femoribus, digitus recto vel
vaginæ immisso, catheter hanc ischuriam, ad tempus sal-
tem, tollunt. Radicalis therapia ad Lithiasin dirigenda.

b) Phlegmatica, ex pituita obstruente. *)

Copiosa pituita, antea per urinam excreta, hanc suspicari jubet.
Præsens auxilium mechanicum præstabit catheter, radicalem
therapiam salina aliaque resolventia efficient.

c) Pyica. Pus quippe adeo spissum cogitari potest, ut isthmum
uricum per modum emphraxeos obsideat. De reliquo hæc
species se habebit, ut phlegmatica.

d) Thrombodes. Grumi sanguinis ex hæmaturia in vesica re-
sidui saepe hanc emphraxin effecere, ut prostat apud Gale-
num, **) Paulum Aeginetam, ***) Timæum à Güldenklee, ****)
Zacutum Lusitanum, *****)

Etiam in hac valet, quod ad phlegmaticam dictum est.

e) Helminthica: Vermes obstruentes plures observationes testan-
tur; Timæus à Güldenklee, *****). Acrel, †) Epheme-
rides N. C. ††) Bresl. Sammlungen. †††)

Ab-

*) Finck Gallenkrankheiten p. 264.

**) De locis affect. L. VI. cap. 5.

***) De re med. L. VI. cap. 59.

****) Cas. p. 180.

*****) Prax. admir. L. II. obs. 65. & Prax. Histor. L. VII. obs. 6.

*****) Cas. p. 174.

†) Chirurg: Vorf: III. n. 25.

††) Dec. II. A. I. obs. 77.

†††) 1718. I. p. 212.

Abstrusa species therapiam adæquatam vix admittit nisi palliativam, qualis ad lithiasiticam allegata est.

f) Exotica: Peregrina corpora, vesicæ collo, & plerumque simul urethrae inhaerentia, lotique liberum fluxum impediens sæpe visa sunt: Habent ejusmodi Ephemerides N. C. *) Morgagni **) sæpe acus crinales intrusas deprehendit: Sic & aliorum corporum solidorum quovis modo eo perductorum copiosa prostant testimonia.

Chirurgia his applicanda.

g) Hymenica. ***) Accidit, ut tunica interna vesicæ solvatur, & collo impasta restaret.

h) Parisactica. ****) cum pars vesicæ, collo ipsius intrusa reperitur. Inspectio, exploratio diagnosin, chirurgia therapiam his fuggeret.

§. VI.

3) Stenochorica: cum vesica, præcipue vero ejus exitus diametro minuta affectus est: Hujus census sunt:

a) Angievrysmatica. Copiosa vasa colli vesicalis, tam arteriosa, quam venosa præternaturaliter expandi, & sic parietes angustare possunt.

Convenit hæc species quodammodo cum

b) Phlegmasistica, seu inflammatoria. Cystitis quippe ischuriam fre-

*) Plus quam triginta locis.

**) De sed. & cauß. Morb. Ep. XLII. passim.

***) Koch Diff. Affectus Ratillimus etc. L. B. 1738.

****) Sauvages Nofol. Meth. Claff. I. G. 48. Exocyste, seu prolapsus tunice interioris.

frequentem comitem habet, *) & ut ejus symptoma considerari & tractari debet.

Huic analoga quoque est Pleurorica. **) Venaesctiones, Hirudines ad perinæum, Balnea tepida, cataplasma, quandoque & perinæo illita vis Lyttæ vesicatoriæ eam tollent: Profuit forte fortuna rudior catheterismus, haemorrhagiam provocans. ***)

c) Apostematosa. ****) Prægesella inflammatio eam suspicari jubet: Catheter, pro palliativo auxilio immisus forte fortuna apostema salutariter rumpet.

d) Phymatica. Solidi tumores, Excrecentia variae naturæ, magnitudinis, figuræ, connexionis, mobilitatis, ex ipso collo vesicæ, vel prope eum sæpiissime urinæ iter præclusæ visa sunt. Prostant ejusmodi observations apud Acrel *****), in Ephemeridibus N. C. †) apud Bartholinum ‡) Edinburgenses, ††) Ferrium. †††) Morgagni ††††) in Philosophi-

cis

*) Act. N. C. Vol. IX. obs. 36.

**) Act. N. C. Vol. II. obs. 57.

***) Callisen Instit. chir. p. 217.

****) Fabric. Hild. obs. Cent. II. obs. 65. Cent. III. obs. 66.

*****) Lc. II. n. 24. (Fungi caeofi.)

†) Dec. II. A. II. obs. 114. Cent. VIII. obs. 38. Act. N. C. Vol. VII. obs. 89. N. Act. Vol. I. obs. 37.

††) Hippocr. anat. Cent. II. hist. 52.

†††) Edinb. Verf. V. B. n. 71.

††††) De caruncula, sive callo, quæ cervici vesicæ innascuntur. v. Uffenbach Coll. Script. chir.

†††††) De sed. & causs. morb. Ep. XLI. art. 18.

B

cis Transactionibus, *) apud Zacutum Lusitanum, **) Horatium Augenum, ***) Fabricium ab Aquapendente. ****) Et ipse ego similem observavi. Hæc phymata modo completam, modo imperfectam ischuriam causantur, prout casus fert, ut nonnunquam etiam catheteri ingressus in vesicam ab iis de- negetur. His & similibus in casibus aliud auxilium, instans- tissimum periculum avertendi non restat, nisi perforatio ves- cae, sive per perineum, sive per pubem, sive per vaginam, vel denique rectum.

e) Tylotica, seu callosa. Prostant casus in Ephem. N. C. †)
apud Rhodium, ††)

Hæc mutatio substantiae per explorationem quidem cognosci, ni sanari vero haud potest.

f) Chondrogenes, cum vesica ejusve collum per cartilagine- scen-
tiam angustatum fuit. Habet talen Portal. †††)

Absolute Letalem hanc esse, quivis videt.

g) Scirrhosa. ††††) quæ paris census est.

h) Steatomatica. †††††)

i)

*) Warner. v. Leske. Ic. III. B. p. 87.

**) Prax. Admir. L. II. obs. 64.

***) Epist. T. II. nro. 54.

****) Opp. L. III. cap. 16.

†) Dec. II. A. II. obs. 114. A. V. obs. 33. A. X. obs. 113. Dec. III. A. II. obs. 60.

††) Cent. III. obs. 26.

†††) Memories de Paris 1770. v. Auserl. Abhandl. für Pract. Aerzte. II.
B. III. St. p. 92.

††††) Eph. Nc. Dec. II. A. V. obs. 33.

†††††) Swertner in Richter chir. Bibl. V. B. p. 551.

i) Lithastica, cum ipsæ viæ crusta calculosa obductæ sunt.
His vix ac ne vix quidem auxilium ferri potest.

§. VII.

4) Symphytica: Ex coalescentia, sive parietum vesicæ, sive collii ejus. Portalii modo allegata observatio eodem spectat. Nec huic auxilium facile parabile exstat.

§. VIII.

5) Sequuntur Thliptice, sive æ, in quibus vesica vel collum ejus compressionem à vi mechanica extus apposita patitur. Subdividuntur hæ in

a) Phystoniam, ex tumoribus & expansionibus præternaturæ libus in abdomen. Prostat:

α) Mefaraica. *)

β) Brephica. **)

b) Archicam, qua procedit ab intestino recto, & quidem
α) Pleroticam, quando per scybalia, vel alia corpora rectum adeo expanditur, ut pressio ista inde emergat. Dodonæus ***)
Finck, ****) eam observarunt.

Styptis ipsa, & exploratio rem manifestant: Illi ergo debita remedia opponenda erunt.

β) Oncoden, sive ex tumore ipsius intestini, cui subjungi potest phlegmasistica & Apostematica.

B 2

Dolor

*) Brady v. Leske Ic. V. B. p. 139. Concrementum oscum, mesenterio acetretum.

**) Bromfield ib. II. B. p. 182. (fœtus extrauterinus)

***) Observ. cap. 31.

****) Gallenkrankh. p. 267.

Dolor, exploratio hanc produnt, viamque indicationibus parant.

- γ) Ptoticam. Prolapsus quippe intestini recti simul vesicam afficere, ob duplicitatem premere, & ischuriam producere potest. Haec in oculos incurrit, & repositionem partis prolapsae poscit.
- c) Eodem pertinet Metaxarchica, cum inter vesicam & intestinum rectum potentia premens locata est.

Haec est aut. α) Oncodes: Quippe laxam istam telam cellulosam, quæ rectum ambit, variorum tumorum sedes evadere potest, quae observarunt Bartholinus *) Ephem. N C. **) Home ***) Hill. ****)

Plerumque haec species vivo homine non patet, attamen exploratio eam detegere potest: Ex chirurgico fonte auxilia petenda. Aut

β) Pyica. *****) cæterum priori æquiparanda.

- d) Sequitur Metrica. Uteri nimirum vicinitas vesicæ crebram minatur thlipsis. Est ea
- α) Evrysmatica, cum cavum uteri valde, vel in aequaliter exanim sum eum effectum edit; adeoque ut subspecies agnoscendæ erunt:
- i) Cyetica. Mirum certe, graviditatem, et si tot tantas que mictionis difficultates parit, non sèpius adhuc ischuriam thlpticam causari. Visa tamen est eam effecisse à Mauriceau

*) Histor. anat. Cent. I. hist. 23. (steatoma)

**) Dec. I. A. III. obs. 167. in Scholio. p. 301. l. (apostema) & Dec. II. A. II. obs. 114.

***) Klin. verf. p. 315. (scirrhus)

****) Cafes etc. v. med. Comment. v. Edinb. I B. p. 148. (hydatis)

*****) Manget in med. Comment. v. Edinb. I B. p. 354.

ricean *) in Histor. morbor. Uratislav. **) à Cheston, ***)
Nordmann. ****)

Palliativa modo huic competunt auxilia, nisi quidem parturienti succurrentum sit. Situs horizontalis, catheter, clysmata proderunt.

2) Hæmatica. Sanguis copiosus in cavo uteri collectus similem expansionem efficere valet.

3) Hydropica. Ex pari ratione.

4) Pneumatica. Notat hanc Hippocrates, *****) cum ait: ἦν
ἀγενθωσιν αἱ μυρταὶ — αἱ κυνίες ἀλγεαστι, εἰδὲ τοῦ οὐρού
προσινταῖ.

5) Lithiasrica. *****) In cavo uteri deprehensus magnus calclus, effectum, de quo sermo est, edens.

β) Scirrhosa. †)

γ) Loxica. Etiam hanc, ex obliquo situ uteri derivandam ischuriam cognovit Hippocrates. ††) Et post eum reliqui, qui de morbis mulierum ex professo scripsérunt, aliique †††)

B 3

Ex-

*) Sur. les malad. des femmes grosses I. p. 138.

**) p. 198.

***) Beobachtungen. v. Richter chir. Bibl. V. B. p. 674. (bifariam divisa
cystis per uterus gravidum.)

****) Diff. de ischuria gravidarum. Argent. 1758.

*****) De morb. mul. L. II. Edict. Fœs. P. 658.

******) Eph. Nc. Dec. I. A IV. & V. obs. 65.

†) Cheston Beob. v. Richter chir. Bibl. V. B. p. 673.

††) e. g. Ic. p. 654.

†††) Asinus Tetrab. IV. Serm. IV. cap. 77.

1487

Exploratio uteri, quæ ideo in fœminis iſchuricis nunquam
omitenda erit, hujus speciei præsentiam docet.

Difficilis therapia, ad obliquitatem uteri dirigenda.

δ) Camptica. Ex retroflexione uteri: Hæc, plerumque in gra-
vidis accidet, & ab ea reversione, quæ non nisi in Loxia
postica consistit, tamen distingueda, cum illa propriè in
mutatione figura uteri, ut retortæ instar reflexus sit, posi-
ta sit; Ed refero Hippocratis revolutionem uteri in lumbos *)
Actius **) Moschion ***) Mereatus, *****) Mercurialis *****)
Ballonius ***** adeoque non Neoterici modo, eam cognoverunt,
etsi plures forte Loxiam modo innuunt.

Recurrit prior observatio, ad γ) therapiam ad consilia, tam
Veterum, quam Notericorum, (quorum sylvam citare, spatium
vetat,) in primis Hunteri †) Richteri ††) Wallii &c. instituen-
dam esse.

ε) Anastrophica. Inversio uteri omnino hanc thilipin exercere
potest, cui non nisi chirurgia mederi valet.

ζ) Protica. Uterus maxime gravidus prolapsus, vesicam col-

*) Ic. p. 647.

**) Tetrabil. IV. Sern. IV. cap. 77.

***) De morbis mulierum L. II. cap. 5.

****) De morbis mul. L. II. cap. 12.

*****) De morb. mul. L. IV. cap. 21. (reclinatio)

******) Eph. T. I. p. 113, (revolutus, complicatus uterus)

†) Med. observat. aut Inquir. vol. V. & mnd. comm. v. Edinb. IV. B.

p. 167.

††) Chir. Biblioth. IV. B. p. 236. V. B. p. 680.

lumve moleste compimet, ischuriamque causabitur, ut habent
Acta N. C. *) Riedlin, **) Hagen ***) Etiam hic inspectio
& exploratio Therapiam, in repositione prolapsi uteri po-
sitam, praecedere & indicare debent.

e) Ex eadem ratione, thlipseos puta, vagina ischurias effec-
se visa est, unde species Colpica enascitur.

Hujus subspecies habemus:

a) Evrysmaticam, & quidem insolitissimam.

sq 1) Haematicam, scilicet ischuriam; ex pressione sanguinis in
vagina accumulati in cystidem ortam. Exempla hujus pro-
stant apud Amyand, †) Birnstiel ††) quae in aretis frequen-
tius obvenire solent: Quae his dicanda medela sit, haud
obscurum est.

2) Tisticam. Quando partus diu moratur.
3) Mazicam, ex placenta in vaginam provoluta, relicta. Hæc
sublato corpore premente sponte cessabit.

4) Exoticam. Quando corpora peregrina, ut pessi, aliave
vaginam nimis dilatant, & propinquam cystidem compriment.
Quod supra monitum fuit, in omni ischuria inspectione &
exploratione opus esse, etiam his exemplis confirmatur.

5)

*) Vol. IV. obs. 20.

**) Obs. Med. Cent. I. n. 45.

***) Schmucker Verm. Schr. II. B. p. 222.

†) Philos. Trans. v. Leske. Ic. II. B. p. 157.

††) Baldinger N. Magaz. X. B. p. 325.

5) Protricam. Quippe prolapsa vagina non modo pressio-
nem, sed & aliquam vesicae revolutionem & paratopiam effi-
ciet. Invenies exempla in Eph; N. C. *) apud Block **)
Hagen ***)

f) Celicam. Per modum herniae dislocata vesica per vias
herniae admodum comprimitur, unde saepius ischuria. ****)

g) Diaspaeticam. Archoptosis, Colpoptosis distractionem aliquam
vesicae ob telam cellulosa nebstentem efficere potest.

h) Possent quoque perinæales hoc trahi: Cum autem vitia pe-
rinæei magis in urethram agant, hujus non sunt loci.

6) Spastica. Vesicam, & præcipue collum ejus, fibris mu-
scularibus abunde instructum spastice claudi posse, in confessio-
ne est, saepiusque reapse claudi, Observatores testantur. †) Cum
autem spasmus ille ex diversis proficiatur stimulis, necesse
est, ut eam pro diversa indole iterum subdividamus in

a) Hyperaestheticam. Male haec ab aliis hysteria vocatur,
Pomme, ††) hanc speciem, (verum, ut videtur, re-
nalem) observavit: Cystica autem pari ratione evenire po-
test, & opio maxime, externe & interne debellanda erit.

b) Patheticam. Uti spasmi ab ira aliisque affectibus modo hanc,
modo

*) Dec. III. A. IX. & X. obs. 4.

**) Schmucker Verm. Schr. III. B. p. 116.

***) ibid. II. B. p. 222.

****) Richter von Brüchen. II. B. p. 206.

†) Eph. Nc. Dec. II. A. III. obs. 185. Act. N. C. Vol. V. obs. 122.

††) Von Nervenkrankheiten. p. 164.

modo illam partem afficiunt, ita & vesicam ab ea liberam pronunciare non possumus.

Therapia sedans, relaxans huic opponi debet.

c) Hyperplerotica. Urinæ copia nimia, ultra modum vesicam distendens, in stimulum, collum ad spasmum irritantem cedere potest. Huc maxime spectant observationes, enormem vesicæ dilatationem notantes, ut Eraſti. *) Eph. N. C. **) Foreſti, ***) Mor-gagni. ****)

Anamnesis, & insignis vesicæ tumor hanc declarant.

Quodsi catheteris auxilium non admittitur, nec relaxantia, opia- ra spasmum brevi solvunt, rhesis metuenda, & ad ipsam vesicæ para-centesin procedendum est.

Ad spasticas referre nulli dubitamus eas, quæ ex acrimonia, seu cacochymia quadam, per metastaseos modum maxime ad has partes delata, enatæ sunt: †) utpote

Præ-

*) De cauſa continent. p. 32.

**) Dec. III. A. V. & VI. append. p. 102.

***) Observ. L. XXV. n. 14.

****) Ic. Epift. XII. art. 18.

†) Eph. Nc. Dec. III. A. IV. obf. 126,

C

d) Rheumaticam. Habet eam Snowden. *)

Præsentia acrimonie rheumaticæ, ex notis symptomatibus dīgnoscenda, hujus speciei suspicionem ciet:

Therapia partim revulsoria, partim diaphoretica erit; Topice procedendum fere ut in phlegmasifica v. §. VII.

e) Arthriticam. Etiam hæc est res observationis. **) Valent modo diſta ad hanc pleno jure.

f) Exanthematischeam. Varii generis exanthemata, cohibita, repulsa, pari modo hac versa stimulum spasmo ciendo parem exferent, ut habet Snowden. ***) Morgagni ****) N. Act. N. C. *****)

Ex ante gestis ægrî hæc dīgnoscenda, & tam revulsiis, restituzione exanthematis, — quam antidotis notarum acrimoniarum debellanda est.

g)

*) London medical Journ. v. Auserl. Abh. für pract. Aerzte XII. B. p. 5.

**) Rahn med. Briefwechsel I. B. p. 153. Petersen Diss. de ifchuria, ex materia podagrifica ad vesicam. Argent. 1772.

***) Ic. p. 5.

****) Ic. Ep. XLI. art. 4. s. (ex scabie suppressâ.)

*****) Vol. V. obsf. 68. (ex suppressione tinea)

g) Pharmaticam. Pharmaca acria, præfertim ea, quæ in vias uriniferas operantur, sæpe scopo, diuresin movendi, propinata, inimico stimulo spasmum, urinam potius præcludentem, carent. *)
Quin corpora, ex materia alimentaria desumpta, urinam alias promoventia, hunc effectum edidisse visa sunt, ut vinum recens. **)
Hisce mucilaginosa & oleosa, quandoque antacida, nec non narcotica opponenda sunt.

Præter stimulos idiopathicos etiam

h) Sympathici his partibus incumbere possunt, præcipue.
a) Gastrici. Ita bilis ischuriā efficit. ***) Dysenteria sæpe ischuriā comitem habet, nec dubito, saburram, vermes eiusdem esse efficacē; Ex hernia ischuriā observavit Fabricius Hildanus. ****)

Stimuli hi sympathici diligenter investigandi, & semel deprehensi suis modis obtundendi, removendi sunt.

β) Sunt & splanchnici quandoque in culpa, nempe ex hepate, splene, aliisque visceribus proficiscentes, de quibus idem valet, quod de gastricis.

C 2

8)

*) Eph. N. C. Cent. VIII. obf. 84. (ex bufone)

**) Fabric. Hild. Obf. Cent. II. obf. 65, Cent. IV. obf. 52.

***) Stoll. Rat. Med. Vol. II. p. 143.

****) Ic. Cent. II. obf. 81.

§. X.

8) Paralytica & Anæsthetica: Ad excretiones periodicas requiritur stimulus quidam, sive sensus incommodi, vires, quibus organa excretoria instructa sunt, ad agendum impellens, quo itaque suppresso vel deficiente, illa excretio quoque non potest non sufflaminari.

Altera ex parte necesse est, ut vires, ad agendum requisitæ, integræ sint, utpote quibus debilitatis vel absuntis iterum excretionis impedietur, vel cohibeatur.

Erit forte, cui paralysia fibrarum vesicæ, ejusque colli, potius uracratiam, quam ischuriam, quod & prolixè demonstrare annititur Galenus, *) producere debere videtur, verum etiam ad relaxationem colli, naturaliter clausi, aliqua virium intensio requiritur, ut itaque tam anaesthesia, quam atonia vel paralysia omnino ischuriam efficere possit. Ejus existentiam testantur Riedlin, **) Pringle, ***) Chavasse, †) de Cazeles. ††)

Huc

*) De locis affectis. L. VI. cap. 4.

**) Eph. N. C. Cent. I & II. obs. 165.

***) Edinb. verf. II. B. n. 32.

† Lond. med. Journal. v. Auserl. Abh. für pr. Aerzte. XII. B. p. 38.

††) Neue Samml. auserl. Wahrnehm. VII. B. p. 411.

Hujus medela, nisi paralyfis, vel paraplegia à singularibus vitiis, quibus occurrentum est, pendet, ponitur maxime in irritantibus & roborantibus, tam universalibus, quam topicis, ad perinæum applicitis, vel per modum injectionis in ipsam vesicam actis, quod in exemplo modo allegato de Cazeles feliciter perfecit.

§. XI.

Huc quodammodo spectant adhuc:

9) **Apoplectica:** Monet Morgagni, *) apoplectis, sensu privatis, idque incommodum significare nescientibus, ischuriam periculum minari, idemque agnoscit Stoll. **) His itaque vesicæ regio examinanda, &, reperta collectione urinæ in ista, catheter toties applicandus est, quoties idem casus recurrit.

10) **Encephalitica;** Pyretica, Comatosa, pari ex ratione.

§. XII.


Denique 11) nominanda est Perialgica, sive ea, quæ abs doloribus, partes, quæ ad functionem hanc concurrunt, afficiuntibus, proficiscitur, ita ut præ dolore nifus ille ad mixtum nefarius edi non possit. Inflammationes, aliaeque affectiones dolorificae

C 3

rificae

*) Ic. Ep. LVI. arr. 12.

**) Praelect. in morb. chron. I. p. 368.



rificae pectoris, abdominis, praecipue hujus, ischuriam hancce producere possunt, ad quas ergo potissimum in Therapia respi-ciendum, urgentique symptomati per catheterismum, et si pallia-tive tantum, occurrentum erit.

§. XIII.

Praeter has aliam adhuc dari ischuriam cysticam, non cre-diderim, nam compositas & complicatas ut proprias species con-siderare nefas est, et si Medico-Chirurgus eas minime praetervi-deat, ut potius iis cognitis, ad mixtam earum naturam suas di-rigat indicationes Therapeuticas.



01 A 6631

ULB Halle
002 934 922

3



5b



DISSESSATIO INAUGURALIS MEDICO-CHIRURGICA
DE
ISCHURIA CYSTICA. 22

Q U A M
RECTORE UNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO DUCE AC DOMINO
D O M I N O
C A R O L O
DUCE WIRTEMBERGIAE ET TECCIAE REGNANTE
REL. REL.

P R A E S I D E
GUIL.GODOFREDOPLOUCQUET

PHILOS. ET MED. D. HUIUSQUE P. P. O.

P R O L I C E N T I A

P U B L I C E D E F E N D E T

D I E S E P T. M D C C X C.

JOANNESCHRISTOPHORUSBAUSCH.

SIN DELFINGENSIS.

T U B I N G Æ.

T Y P I S R E I S S I A N I S.